

Vig. cothurnatum uatem tutela Dianæ,

Dilaniet uigilum te quoque turba canum.

quod Domitius de Euripide scripsit bene certe interpretatus est; illud addidisset uellem quod Aribeus Macedon, & Crateus Thebalus poetæ dum inuident gloriæ, canes a Lesimo cho, Archelai seruo, immittendos curarunt, qui securum illum inuaderent, & laniarent. non desunt tamen, qui illum a scæminis discerptum prodiderint, dum intempestiuè ad Craterum, Archelai amasum, proficiscitur. sed eum alij, dum Nicodici uxorem sollicitat, interfectum scribunt. Vixit autè annis 75. cuius ossa Pellam Archelai iussu deportata sunt sed & Gellius 15. non pauca.

Diripiantq; tuos insanis unguibus artus

Strimonæ matres, Orpheon esse ratæ.

ut illi malè Hymenæa, in epistolis quarto emendarant, casu, quod in Heroidibus annotauimus: ita hic aduersa ratione error inoleuit. neque enim uideo qui quartus hic casus enuntiari in on, possit, quod qui prima grammatices Græcæ rudimenta perceperint, intelligere faciliè poterunt. quare ex manuscripto codice, Orpheæ te esse ratæ, legas.

Obstructusq; famem patiaris. Pausaniam Lacedæmonij Cleumbroti filium innuit, de quo non plura dicam, cum Græcis, & Latinis, monumentis omnia uulgatissima sunt Nunc quoque pellit. Io. Corripuit hoc in loco, ut superius in Hypermetra. Quæ tibi caussa fugæ, quid Io freta longa pererras?

Climiadeq; modo. Alcibiadis Clinix filij, casum ex Plutarcho in eius uita accipe, qui miserabili incendio semustus flammis ferroq; oppetit.

P. OUIDII NASONIS

EPISTOLARVM HEROIDVM LIBER.

IN PRIMAM EPISTOLAM ARGUMENTVM.

Græcis ad Troiam cum maximo bellorum apparatu ob Helenæ raptum proficiscentibus, Vlysses, Laertis & Anticliæ filius, Penelope nouæ uxoris deuentus amore, insaniam simulans detecta, cum cæteris in Troianam expeditionem ire coactus est ubi quantum & fraude, & uirtute ualeret, ostendit tandem pluribus peractis. & certaminibus post decennium Troia euerfa: cum in patriam rediturus cum reliquis Græcorum principibus naues conseunderet, ob lætæ Mineræ indignationem, uastissimis procellis omnes agitati sunt: inter quos Vlysses acerbæ tempestatis impulsu in longissimam, ut pote decennem, peregrinationem agitatus est enim igitur Penelopæ, Icarij & Polycastes filia, hæcenus casta, huiusce tam longæ moræ causam ignoraret, ad illum hanc epistolam scripsit: in qua illum multis rationibus in patriam reducere nititur, sic inquires.

PENELOPE VLYSSI.

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlysses:
Nil mihi rescribas, attamen ipse uenit.

Troia iacet certe Danaïs in uisa puellis,

Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit.

Optinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat.

Obrutus insanis esset adulter aquis.

obiectionis occurrit per antiphoram. precatur in Peridem Lacedæmon Me-nelaj regia in Laconia, a Lacedæmone Iouis filio.